



4230 cippus repertus sub Grotta ferrata loco dicto Borghetto [cf. ad n. 2496 cet.]



Descripsit Tomassetti et ed. *archivio della soc. di storia patria* 1885 p. 473. Rocchi apud Fiorellum *notizie degli scavi* 1885 p. 159.

4230a ibi ubi n. 4230.



Descripsit Tomassetti.

XIV. Inter Tusculum et montem Albanum.

ad n. 2572. Idem ut puto exemplum nuper Alexander Fausti Frascatanus vendidit curatoribus rerum antiquarum a municipio Romano constitutis (*Lanciani bull. municipale* 1884 p. 53).

ad n. 2573. Alterum ut videtur eiusdem inscriptionis exemplum sed mutilum (extabat solus v. 1) refert Lanciani syll. aq. n. 363 inventum, ut ait, a Gagliardio.

XV. TVSCVLVM (p. 252).

ad n. 2606. Fragmentum c Stevensonius quoque descripsit idemque nuper editum est in *notizie degli scavi* 1885 p. 478, ubi non recte dicitur esse *pezzo di lastra*.

ad n. 2610. Rubelliae Bassae nomen inscriptum legitur in fistulis plumbeis quae prodierunt a. 1877 Romae sub monte Palatino Circum maximum versus (Lanciani syll. ep. aq. n. 159).

ad n. 2675. 2689. Edidit Tomassetti *archivio della soc. rom. di storia patria* 9 (1886) p. 59. 49.

ad n. 2741. Vide ne puncto deleto legendum sit *Rutilia L. f. materter(a) Regin(i)*.

XVI. LABICI (p. 274).

ad p. 274 not. 2. *Labic-* cum b reperitur etiam in titulo huius Corp. vol. VI n. 10239.

ad n. 2771. Recognovi ad ectypum missum a Tomassettio. V. 4 partes soñ litterarum videor mihi agnoscere, 3 in. exiguum fragmentum ante s potest superfluisse etiam ex A, v. 6 est ATELLAN. — Nimis autem mutilum est fragmentum quam ut suppleri possit. Hoc appareat agi de ludis eisque diversi generis; v. 3 videtur agi de certamine tibicinum, nam *multiforatae* dicuntur sine dubio tibiae (ut alibi multiforae et apud Apuleium multiforables, apud Graecos αὐλὸς πολύτρητος), v. 4 spectare ad cantores indicat mentio arteriarum, v. 5 aperte agitur de certaminibus pugilum, v. 6 nominantur ludi Atellanici (v. 5 fin. fortasse supplendum est can[tica] idque coniungendum cum v. 6; cf. Suet. Galba 13).

4231 cippus lapidis Tusculani (*sperone*) rep. Monte Compatri nel fare i fondamenti della casa di Salvatore Mastrofrancesco, nunc affixa parieti eiusdem domus.

DEVERTICLVM
PRIVATVM

Misit Tomassettius cum ectypo, sed male impresso.

XVII. GABII (p. 278).

De ruderibus Gabiorum nuper accurate exposuerunt Cozza et Pasqui in actis Fiorelli *notizie degli scavi* 1885 p. 424 seq., addita tabula.

ad n. 2790. Fistula plumbea inscripta *Iuli Ponpei Rusoniani* nuper prodiit Romae in monte Quirinali (*bull. comunale* 1887 p. 9).

ad n. 2795. V. 12 fin. scr. HS·X·M·N. — De L. Vipstano Poblicola Messalla, altero ex quattuorvis nominatis in v. 6, vide infra n. 4245.

4232 fragmentum marmoreum altum cm. 11 latum cm. 6 crassum cm. 1,7. Rep. a Cozza et Pasqui Gabiis tra il tempio di Giunone e la chiesa di s. Primolo, sulla sinistra di quella via che divide in tutta la sua lunghezza l'altura di Gabii, e che si congiunge alla Prenestina, poco sotto il nominato tempio di Giunone, in quel luogo appunto ove nel 1792 si fecero le ricchissime scoperte.

iMP ·	Cesar uii	m. agrippa iii	a. 727
iMP · CA	esar uiii	t. statilius ii	728
IMP · CA	esar uiii	m. silanus	729
IMP · CA	esar x	c. norbanus	730
5 IMP · CA	esar xi	en. piso	731
M · MAR	cellus	t. arruntius	732

Barnabei *notizie degli scavi* 1885 p. 428, qui supplevit.
Superest sine dubio ex eadem fastorum tabula ex qua n. 2801.

4233 fragmentum marmoreum latum cm. 12 altum cm. 8 crassum cm. 5 litteris aetatis sequioris. Rep. a Cozza et Pasqui Gabiis a nord-est dell' arx.

EIS

Barnabei *notizie degli scavi* 1885 p. 427.

ad n. 2849. Eiusdem plumbarii nomen nuper lectum est in fistula quae descripta Frascati apud Alexandrum Fausti, mox Romam translata a curatoribus antiquitatum municipalibus, ter repetitam habet inscriptionem T·STATILI FELICIO FEC (Lanciani *bull. municipale* 1886 p. 105 n. 1169). Verisimile est hanc quoque fistulam ex finibus Gabinorum adlatam esse in oppidum Frascati (idem Alexander Fausti apud se habebat vel habet inscriptiones agri Albani et Labicani n. 2421. 2587a. 2785).